



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 4. Quibus diebus perficienda sint opera?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

Nihilominus probabilior est opinio contraria: quam cum aliis tenent Layman c. 8. n. 10. Bonacina, De Sacram. disp. 6. q. 1. pu. 5. n. 34. Joannes Præpositus n. 87. Petr. Marchantius, Tribun. Sacram. to. 1. tr. 2. tit. 2. q. 10. dub. 12. sine, Diana, p. 3. tr. 4. R. 153. & p. 5. tr. 12. R. 24. apud quem testatur Naldus, respondisse consultos Patres sacre Pœnitentiariæ, posse partem operum impleri in primâ hebdomadâ, & partem in secundâ.

Certè ex verbis Bullarum, saltem recentiorum, adeoque & novissimarum Innocentii XII. videtur solùm haberi, jejunia, & confessionem, ac communionem, faciendâ intra unam eandemque septimanam; (de his tamen aliquid postea, agendo de singulis) cætera verò, scilicet visitationem Ecclesiæ, & orationem, atque eleëmofynam, posse fieri alterâ.

Q. 4. Quibus diebus perficienda sint opera?

R. Iis, quibus mandantur. Doctores

150 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
communiter. Quare non satisfaceret,
qui non feriâ quartâ, sed feriâ quintâ
jejunaret: quia Bulla exprimit jejunia
feriæ quartæ, sextæ, & sabbathi.

Q. 5. Quo ordine peragenda opera?

R. Eodem, quo mandantur. Vix
tamen unquam præscribitur certus
ordo operum inter se, nisi quandoque
in Confessione & Communione, ut
dicetur suis locis. Quare communi-
ter nil interest, utrum præscriptorum
operum alteri præponatur.

Unde, etsi (inquit Layman cap. 8.
n. 7. §. Nunc probatur) in Bullâ Pontifi-
ciâ dicatur, ut qui de peccatis confesi,
trina jejunia, eleemosynam, & Ecclesiæ
visitationem peregerint, Indulgentiam lu-
crentur: commodus tamen, & valdè usi-
tatus sensus est, ut, si hæc omnia quocum-
que tandem ordine impleta fuerint, Indul-
gentiam consequi liceat. Atque similes lo-
quendi modos reperies in L. ult. ff. Man-
dati, & Cap. Licet ex quadam, De testi-
bus.

Q. 6. Quo in loco præstanda sint opera?

R.